

Hinc Galterus in libro alexandreydos. **Q**uoniam frivola gaudia mundi
Quoniam rerum fugitivus honor quae nomen in aere. **E**t ponit exemplum
 de ipso alexandro hoc modo. **M**agnus in exemplo est cui non suffe-
 cerat orbis. **S**ufficit excisio defossa marmore terra. **Q**uinq; pedum
 fabricata domus qua nobile corpus. **R**equa requiescit humo. **H**inc
 etiam versificator egregius ait **V**ir bone quid curas res viles res peri-
 turas. **N**ihil profuturas dampno quaeque futuras. **N**emo diu mansit in
 culmine sed cito transit. **E**st brevis atque levis in modo gloria quevis
Qui fuit hic inuis erit illic ordine primus. **S**ecundo quia honor man-
 danus servilis est et inquietus. iuxta illud quod in epistolari suo dicit se-
 donius **Q**uidam ius fasque commune supgressi. summam partem summam
 beatitudinem putant esse hoc ipso satis miseros. **q**ue parum intelligunt
 se inquietissimo famulatu subiacere. **N**am sicut ipsi hominibus. sic et
 illis dominandi desideria dominantur. **H**inc etiam dicit ambrosius super lucam li-
 viij. **P**rostravit inquit evangelista dyabolus domino omnia regna mundi. **Q**ui
 bus sed verbis docemur ianis ambitiosus flabra despiciere. eo quod omnis
 dignitas secularis partem subiacet dyabolice. fragilis ad usum et ina-
 nis ad fructum. **N**am tamen a dyabolo est pars ipsa. licet insidijs dyaboli
 sit noxia. **T**ercio honor iste in quolibet homine est ceteris invidio-
 sus. iuxta illud quod scribit salustius. **P**ost gloriam invidiam sequi memi-
 neris. **e**t eo magis amicum et sollicitum optet te esse. quo clarior fueris
Inter mortales nempe difficilimum est gloria invidiam vincere. **H**ic
 etiam ait beatus bernardus quod a duplici malo communi liberat pauperas
 voluntaria. videlicet ab invidia propria et ab aliena. quia nullus inui-
 det pauperi. **Q**uarto honor iste gravis est et onerosus. quia sem-
 per annexum habet aliquid onus. **U**nde in libro de thobia. **S**i que-
 ratur honor onus intricat honor. **H**oc bene ponderabat rex ille de
 quo refert valerius maximus li. viij. **R**ex ille subtilis iudicij quem se-
 runt traditum sibi dyadema priusquam capiti imponeret. retentum diu
 considerasse et dixisse. **N**obile magis quam felice pannum. quem si quis
 penitus quam multis sollicitudinibus periculis ac miseris sit refectus
 cognosceret. ne humi quidem iacentem tollere vellet. **H**oc etiam be-
 ne ponderabat adrianus papa. ut in polycratico libro. viij. ca. xxiij

Deerth.